



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Regularium Indulgentiæ

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

*ad votum, Sancta regula de Apost. cap. 5.  
dub. 2. num. 18.* Et disparitas est; quia Religio est innocens, & eis etiis est reus. Manet tamen irregularis, & ut promoueri possit, dispensare cum eo debet ante electionem Praelatus, vel post electionem, si potest, Episcopus part. 3. tract. 2 resolutione 116. Ad quid teneatur Religiosus factus Episcopus, vel Cardinalis, vide V. *Cardinales Religiosi, & N. Episcopos Religiosus*, & si agatur de eius nullitate professionis, agi debet coram Episcopo ordinario, vel delegato, vna cum suo Praelato Religiosis, aliter sententia erit nulla. Sanchez & alij, parte 3. tractat. 7. resolutione 2.

*Gauſa nul-  
litatis pro-  
fessionis a  
gatur corā  
Episcopo or-  
dinario vel  
delegato.  
Regulares  
tenetur ad  
ieiunia C:  
uitatis.  
Qualiter te-  
neantur ad  
regulam.  
Et ieiunia.  
Et respon-  
dendum in  
visitatione.*

*Minores  
qualiter  
prohibetur  
equitate,  
& curru-  
vbi.*

12. Regulares ex usu in contrarium, tenentur ad ieiunia Ciuitatis ex votis. De synodalibus vide Riccius; sed non ex obligatione. Dia. part. 9. tractat. 7. resolutione 14. si existentes in monasterio Mediolani non tenentur ad ieiunium Feriarum Ciuerum, secus autem si essent in domibus secularium. Ibidem §. Nota etiam.

13. Regulares ultra vota tenentur ad obseruantiam regulæ prout seruari solet a quadraginta annis, nam per consuetudinem 40. annorum obligatio regulæ prescribitur. par. 10. tr. 15. ref. 6.

14. Ad ieiunia regulæ tenentur ante annum 21 partes 10. tract. 16. resolut. 77. §. Item ego interrogati a visitatore circa obseruantiam, tenentur sub mortalitate respondere. Datur tamen non hoc parvitas materiæ secluso iuramento. Ibid. tract. 15. ref. 32.

15. Regulares ordinis minorum non possunt equitate, aut curru vehi, nisi in prolixi itinere, vel impedito, aut ob negotium exigens celeritatem. Equitate autem per medium milliare esset parua materia. Et in hac plures parvae non vniuersit in unam magnam. Aliqui censem eos bigaboum vehi posse. Qui autem pedestres ire non possunt, non sunt apti ad prælaturam. Electi autem, si impotentia superueniat, non tenentur officium deponere par. 10. tract. 16. ref. 27. §.

16. Regulares non tenentur cantare Missam, vt in Collegiatis. parte 10. tract. 12. ref. 40 in fine.

17. Regulares colloquentes cum monialibus sine licentia, peccant mortali. *Et omnes* qui cum ter par. 10. tr. 10. ref. 6. Dubium vero est monialis an etiam incurvant censuram Episcopi. parte 10 tractat. 14. resolutione 53. Peccat verò mortaliter, si loquatur cum moniali soro alia die, quam fuerit praescripta par. 10. tract. 10. resolut. 50. §. Sed si aliquis.

18. Regularis non Franciscanus non Minime prohibetur esse Vicarius Episcopi, de verò officiis licentia sui prælati, etiam localis, si hanc exercere in facultatem superiori sibi non referuauit, curia Episcopi. Potest item esse arbiter, iudex, auctor, copulat & delegatus Episcopi. Et absque superiioris licentia acta tenentur par. 10. 17. ref. 30.

### R E G U L A R I V M.

Indulgencie.

I Ndulgenciam, quam acquirunt Re. Paulus V. regulares profitentes. Vide V. Professores revocavit, num. 16.

1. Hic nota duo Primum est, Paulum auctorem. in Bulla Romanus Pontifex, revocans indulgencias omnes Regularium Indulgencias gentias Regularesque statuisse ad certum numerum & gularium formam ibi expositam. Quod iam verò mox per altam Bullam confirmauit Clemente VIII. etiam spiritualia, & prout iacent, & in his priuilegiis, seu spiritualibus indulgentiæ habentur expresse indulgentiæ, putauit Rodriquez resolutione 47 numero 45. eas censes Indulgentiæ iterum validas datas fuisse. Verum non est credendum, Beatisimum Patrem tam citro mutasse sententiam. Unde contrairem tenendum est cum Portell. v. indulgentia num. 12. Verum tamen est, in ea Bulla revocari solum indulgentias concessas Religionibus pro ipsius Religionis. Unde non sunt credenda revocatae indulgentia concessæ secularibus.

Eccc 3. Reugla.

Regularium Ecclesiis visitantibus †, vel conciones eorum audientibus, vt infra concessa parentibus Fratrum Minorum viuis, vt eligant Confessariū, per quem plenariē absoluatur, à persona, & culpa, per Bullam Calisti III: & mortuis, vt liberatus a Purgatorio, si filius eorum Sacerdos vnam pro eis missam celebrauerit, per Bullam Clem. VIII. vñ ait Portell. numero 4 tractat. 4. resolutione 20.

Nō tamen pro facultatis sacerdotibus. Secundum est, Regulares Concionatores, concionantes in suis Ecclesiis feria 1. 4. & 6. concedere postea suis auditoribus 15. annos, & 24. dies Indulgenciarum: aliis vero temporibus 18. annos & 120. dies; concionantes autem in Ecclesiis alienis, 18. annos, & 22. dies, ex priuilegiis diuerorum Pontificum concessi, Fratris Minoribus, & Prædicatoribus, quas debent concedere ex presbiteri nomine Sanctitatis Papæ, alias non acquiuerunt. Roriquez resolutione 11. num 10. & resolutione 77 numero 58. parat. 4. tractat. 4. resolutione 22. §. Ettan dem.

REGULARIVM PRIVILEGIA  
In Ministrandis Sacramentis.

An Regula. 3 Circa Baptismum, vide V. Baptis-  
sus presentia mi minister Circa Penitentiam  
s. & iniu. V. Confessarius Regularis. Solum hic no-  
bi repulsa, apudissimè Ludouicum Cellotum  
possi: Con de hierarch. lib. 5. capite 1. 4 mordicus su-  
ffisiones ex studere primò; quod regularis Sacerdos  
ipere? prætentatus, & iniuste ab Episcopo  
non admissus, potest Confessiones ex-  
cipere, vt poterat ante Tridentinum:  
quia Clem. dulcum de sepult. in qua id  
sibi conceditur, est inserta in corpore  
iuris. & Concilium eam expresse non  
reuo. at par 6. trac. 7. resolutione 60. Se-  
cundò, Confessarium Regularē ap-  
probari non posse cum limitatione ad  
tempus, personas, &c. si est idoneus;  
nam Episcopus non dat illi auctoritatē,  
sed tamē cum examinat de idoneitate,  
& si idoneum iudicat, iurisdictionē

dat illi Summus Pontifex, ipso iure  
Ibid. resolut. 61. Tertiò, consequenter, se- Semel ap-  
mel ab Episcopo approbatum non pos- probatur,  
se iterum siue ab ipso, siue à successore, iterū ex-  
ad examen iterum vocari, vel licentia minari:  
semel obtenta priuati. Ibid. resolutione

62. Denique, religiosum approbatum in E' an a pro-  
vna Diocesi, esse idoneum Confessa- batus in v-  
rium in quacumque diocesi de licen- na diocesi,  
tia Parochi, sicut Cai Bauny part. i. tract. na idoneus  
4. quest. 4.) Sacerdos approbatus in vna  
diocesi, eligi potest per Cruciatam in vñiglo-  
corum.

quacumque alia. Ibid. resolut. 59. Verum  
nos circa primum (\* quidquid dixerimus V. Confessarius Regularis, numero 5.  
\*) celemus priuilegium Clement. re-  
uocatum esse per Tridentinum, quia e-  
ius intatio fuit, reformatæ has regula-  
tum facultates. Vel non reuocari: sed Ad primū  
exigi ex parte Sacerdotis condicio- negativer  
nem, vt non possit facultate Papali per  
dictum priuilegium gaudere, nisi & in  
quantum ab Episcopo approbatus fue-  
rit. Adde etiam ex Lugo de pñ, disput. 21.  
scit. 3 num. 52. quod si supradicta opinio  
est probabilis, ad proximam tamen parum,  
aut nihil conducere potest, siquidem  
facultas Clem. multa requirit, præter-  
tim q. id Episcopus tot solum Confes-  
sarios ad nittere reat, quod pñni-  
tentium concurrentium numero suffi-  
cient; & si quis ei ex praesertatis à Ptx  
lato non satisfacit, exigere potest alium  
in locum illius, circa quas conditiones  
poterit pro libito cauillati, nec facile  
vinci. parte G. maz. 7. resolut. 60. à §. Sed  
pace. Circa secundum († quidquid  
etiam dixerim Ibid. numero 6. \*) dico  
etiam cum Lugo num 57. easlimitatio-  
nes ab Episcopo validè apposi, siue in-  
iuste sint; siue iniuste; & Confessiones  
factas contra tales limitationes, defec-  
tu potestatis, nullas esse; licet etiam  
apponi, si iusta causa interueniat: nec  
obstare, quod Parochio annorum 25.  
concedatur approbatio ad curam ani-  
marum absque limitatione: nam in  
Parochiis examen circa doctrinam &  
mores magis rigorosum præcedere des-  
bet & solet, quam in Confessariis; & i-  
deo elatus de illorum, quam de istoru  
idonei-

Affirma-  
tur secun-  
dam.